Quid est Hypotyposis? Est illa, qua aliquam rem vivis, spiritibusque coloribus pingitur, atque narratur, ut non tam audiri, et legi, quam spectari, et oculis quasi subjici videatur. Ita Cic. V. in Verrem, Gaij cuiusdam Civis Rom. supplicium narrat per Hypot.

Credidat virgō in medio foro Hællam, Civis Romanus, cum in-
terea nullus gemitus, nulla alia vox istius miseræ inter dolorem,
crepiumque plagarum audiebatur, nisi hæc: Civis Rom. sum.

Sic etiam Vag. Narrator, et rerum imitator plane mirificus, Didonis et Hæne venationem describens, rem quasi sub oculos ponit his versibus expressit.

— — — — — Ostraque infensis, et auro,

Stat sompes, ac fœna tenet spumantia manditi.

Quid est Suspendio? Est Hæguis, qua orator ad sibi conciliandam attentionem, et ad excitandos auditorum animos, illos tenet ali-

quandiu Suspendos, et incertos, quid diciturus sit. * Etiamnum mihi spectare videmini, iudices, quid deinde factum sit.... Expectare facinus quam vestis improbum; Veneam rem in expectationum vram.

Quid est exclamatio? Est vocis elatio, siue contentio qua, in refectione, adhibita, sub audita, vehementer animi motum significamus, et rei magnitudinem exprimimus. Ita Hællius post

* Hællius
contra
Verrem.

rariatum indignissimum illud Gavi supplicium in hac doloris, et in
 dignationis voces subito erumpit. O nomen dulce libertatis! o jus
 summum nostrae civitatis! O lex, Patia, legesque Semproniae! o gravissima
 despecta, et aliquando reddita populo Rom. Suburbana potestas! huc
 cum tandem omnia redierunt, ut Civi Rom. in provincia pop. R.
 in oppido Helveticorum, et ab eo, qui beneficium pop. R. fecer, et secu-
 res haberet, deliquit in foro virgibus ediceret? Quum cum ignes,
 ardentisque laminae, ceterisque cruciatibus admoebantur? Si te
 illius acerba imploratio, et vox miserabilis non inhibebat, ne Ci-
 vium quidem Romanorum, qui eum ad exant, flexi, et occidere ma-
 ximo commovebatur? In crucem tu agere auseret, quemquam,
 qui se Civem Romanum esse diceret?

Quid est Communicatio? Est figura, qua orator, causa-
 suae confidens, deliberat cum ipsis, apud quos, contra quos dicitur
 est, illos numerum consulens, quum acturus sit, vel etiam quum ipse
 met in simili causa essent acturi. Ita Cic. pro summam fiduciam
 videret conflicta sua communicare cum adversario, suo dicitur

re, illumque quasi consulat in hunc modum. Si tu apud Persas,
 aut in extrema India deprehensus, diceris, ad supplicium ducerere,
 quid aliud clamitares, nisi te Civem esse Rom? et si tibi ignoto a-
 pud ignotos, apud Arabes, apud homines in extremis, atque ul-
 timis gentibus positos, nobile, et illustre apud omnes nomen nostrae
 civitatis profuisset, ille, quisquis erat, quem tu in crucem raptebas,
 qui tibi esset ignotus, cum Civem se Rom. esse diceret, apud te digne
 re, si non effugium, ne mortem quidem mortis, mentione, atque
 usurpatione Civitatis, assequi poterit?

Quid denique est Sermo inatus, seu Dialogismus? Est figura,
 qua duo, vel plures homines induuntur loquentes, aut secum
 ipsi.

ipſi, aut eum alijs. Lepidum illius exemplum habes in hac per-
eleganti Narratione Cæ. lib. I. Fulcanarum queſtionum.

Diogenes et Amici. Narratio per dialogiſmum.

Cum ab amicis rogaretur Diogenes ubi vellet inhumari, præſtiterit
me, inquit, inhumatum. Sum amicus; Volueribusnè et feris? Minime
verò, inquit: ſed bacillum præpò me, quo obſtam ponitore: quid por-
ris, illi? non erron ſenties. Quid è? quæ mihî faxorum lanuæ
obſtat, nihil ſentient?

S. VI. Variâ Narrationum genera, et ſelecta illarum exempla.

Triplex eſt Narrationis genus: Triplex: alia eſt enim narra-
tio Poëtica, alia Hiſtorica, alia Civilis, et Oratoria. Narratio Poë-
tica rem ſitam exponit; Hiſtoricam rem geſtam; Civilis, et
Oratoria rem exponit, quæ in controverſiam adducitur.

Quid differat inter hæc tria Narrationum genera?

I. Hoc præſertim intereſt: quod Hiſtoricus et Orator ordinem
temporis, et rei geſte ſeriem in narrando ſequuntur, et ſervent,
contra quam facit Poëta, qui etiam à fine, aut à mediâ rem ſolet
ordiri, quomodo Virg. ab anno ſeptimo exiitij ſuavari Juam Brui-
dem auſpicatur; ut liquet ex hæc Didoni verbiſ ad Brucam.

— Nam te jam ſeptima prestat

Omniſus exantem rearis, et fluctibus eſtas.

2. Hoc intereſt: quod Hiſtoricus veritatem conſpiciet, Orator veri-
ſimilitudinum: Poëta verò commentarijs etiam fabulis verita-
tem aperget.

3. Denique hoc intereſt: quod Hiſtorica Narratio ſit ſeriem ſimplicem,
brevis, et nuda; Oratoria ſit ornatioꝝ, et fuſior; Poëtica verò or-
namentis abundet; et omnibus artibus coloribus picta ſit, ac
que polita.

ad caetera
lib. primi.

Instita omnium sit Narrationis poëtae exemplum Ovidiana illa Narratio
de Dydalo, et de infelici Icaro, in qua omnes, quas dicimus virtu-
tes, doctaque optimo jure miraberit.

Dydalus inæcia Cæcæ, longumque peropus
Cicillum, paterque soli natalis amorem,
Clausus erat pelago, feraxar licet, inquit, et undas
Obstruat; ac cælum cæcæ patet: ibimus illæ.
Omnia possidet, non possidet æixa Minos,
Dixit, et ignotas animum dimittit in aëres:
Narramque novæ; nam ponit in ordine pennas,
A minima cyptra longam brevior sequente,
Vt Clivo cecidisse potes: sic rusticæ quondam
Fistula de paribus paulatim surgit avenis.
Fum linæ mediæ, et cæcis alligat imas,
Atque ita compactas parvo curvamine flexit,
Vt veras imitetur aves. Puer Icarus unâ
Stabat, et ignarus sua se tractare pericla,
Oze resudanti toti quæ vaggæ moverat aura
Captabat plumas; flavam molis pollice cæcam
Mollibat, lufque suo mirabile dactyl
Impedebat opus. Postquam manus ultima cyptris
Impressa est, geminas opifex libavit in alas
Ipse suum corpus, matæque perpendit in aurâ,
Instaura et Narram; madidæque ut limbe curvas,
Icare, ait, moneo; ne, si demissit ibis,
Vnda gravas pennas; si celsior ignis adurcat.
Inter utrumque vola: nec se spectare Bootem,

Aut Helicem jubes: studeamque Orionis infern.
Me ducit, carpe vitam: pariter præcepta volandi
Fradet, et ignotas humeris accommodat alas.
Inter opus monitufque, genæ madidæ seniles,
Et patris tremere manus: dedit oscula Nato
Non iterum repetenda suo; pennique levatus
Amvolat, comitque timet; velut ales ab alto
Quæ tenexam præter produxerit in aëra rida.
Horroratque sequi, damnosasque crudelis aëres:
Et movet ipse suas, et Nati respicit alas.
Cùm puer audaci cypri gaudere volatu,
Deferuntque Icarum, cælique cypidantæ rathis
Mitur ipse iter, rapidi vicinia Solis
Mollit odoratas, pennarum vincula, cæcis.
Fabuerant cæcis, nudos quatuor ille lacertos,
Remigis que cæcæ, non ullas præcipit auræ,
Oraq; cæcæ patrum clamantia nomen
Excipiuntur aqua, quæ nomen traxit ab illo.
At Tæxæ infelix, nec jam Tæxæ, Icaræ, dicit,
Icaræ, dicit, ubi es? Quæ te regione requiram?
Icaræ, dicebas: pennas operis in undas:
Devorantque suas artes, corpusque sepulchro
Condidit, et cellæ à nomine dicta sepulchri.

Narrationis historię exemplaria, habes in veteribus scripturis Romanę scriptoribus Narrationes bene multas, tam singularem opera, artificiosęque elaboratas, ut nihil supra. In *F. Livio*. 1. Sabinaum pugnam. 2. Horatiorum et Coratiorum pugnam. 3. Lucretię mortem, exactos à Bruto Tarquinios, interemptosque à Patre proprios filios. 4. Judaei Mucij sequevole, facinus adversus Regem Tarsenam. 5. Varios coriolani eventus. 6. Pugnam Cannensem. 7. Scannibalis cum Scipione congressum Epheso apud Antiochum Regem. 8. Supra cetera vero omnia, mirificum illud ejusdem Scannibalis in Italia per Hellespontum, per Thraciam, per Gallias, per Alpes, et Appenninum, quod exquisitissimum quoddam artis opus existimo.

Habes præterea in salustio pugnam adversus Catilinam. In *D. Curtio* Fii obfidionem, singularem Abdalonim eventum, Fluxandri magni mortem, exercitus confertationum, et Regine Sisyambis dolorem, ac interitum.

Narrationis historię exemplum esto hæc, ex *F. Livio*.

Lib. 1.

Horatiorum pugna cum Curatior.

Datus signum, infestis que armis, velut acies terrę juvenes magnorum exercituum unimes exentes, concurrunt. Nec his, nec illis periculum suum, sed publicum imprium, sextumque obversarum animo, futuręque deinde patris fortuna, quam ipse fecissent. Ut primo statim concursu incerpuit arva, micantemque fulsere opadif, horrox impens spectantes perstringit, et nervis inclinatis spe, torpetat vob, spiritusque.

Confertis deinde manibus, cum jam non motus tantum, aggratięque anceps telorum, armorumque, sed vulnera quoque, et

Sanguis

Jamque spectaculo essent, duo Romani super alium alius,
 vulneratis tribus Albanis, expirantes conuenerunt. Ad quorum
 caput cum clamasset gaudis Albanus exultans, Romanas legi-
 ones jam per tota, nondum tamen cura deseruerat, exanimem
 vice unius, quem res Curiatij circumsteterant. Forte is inuag-
 fuit, ut uniuersis solum nequaquam par, sic aduersus singulos
 feroc. Itaque ut separet pugnam eorum, capessit fugam, ita
 raris sequentibus, ut quemque affectum vulnere corpus sentiret.
 Jam aliquantum spatij ex eo loco, ubi pugnatum est, aufugerat,
 cum aspiciens videt magnis intervallis sequentes, unum haud
 procul abesse abesse: in eum magno impetu redijt, et dum Al-
 banus exultans inelamat Curiatij uti quem fecerat fratrem, jam
 Hostatius, ego hoste, victor sequi secundam pugnam petebat. Tunc
 clamans (qualis ex impetu faventium solet) Romanis adiuvant
 q militem suum, et ille desumpsit pugna selesinat. Prius itaque quam
 alter, qui nec prociat obedat, consequi posset, et alterum Curi-
 atium conficit.

Jam que equate maxime singulis succedant, sed nec spe-
 nec viribus pares: Atroxum imaltum frasa corpus, et eximiam
 ra victoria, ferocem in certamen certum dabant. Alter se-
 sum vulnere, arm se frage victori obiectus hosti: nec illud pre-
 nium fuit. Romanus exultans, duos, inquit, fratrum Marti-
 bus dedi; certum causam belli hujusca, ut Romanus Albano
 imperet, deca. Male sustinenti anima exadum superant pug-
 lo desipit, iacentem spoleat. Romani ostantes, ac gratulantes Ho-
 natium accipiunt, eo maiore cum gaudio que propriis metum
 res fuerat.

Oratorie Narrationis exemplum sic celeberrima illa
 Nilo.

Miloniana Narratio, qua Ciceronis suspitionem infidiamurum a Milone in Clodium iam calidè, tamquàm iniquè detorqueat.

Narratio Miloniana.

Milo autem, cum in senatu fuisset eo die, quoad senatus dimissus est, domum venit, calceos et vestimenta mutavit, paulisper, dum se uxori, (et fili.) comparat, commoratus est. Deinde profectus est in templum; cum iam Clodius siquidem eo die Romam venturus erat, redire potuisse. Obviam fit ei Clodius, et pedibus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis, nullis Græcis comitibus, ut solebat; sine rorae, quod nequaquam ferit: cum hic infidiatos, qui illud iter ad eadem faciendam apparassent, cum uxore veheretur rheda ^{per} pulatus, vulgus magno impedimento, ac muliebre, et discoloro amictuum, puriorumque comitatu.

* Milo rorae.

* Rheda seu polio dicitur.

Fuit obviam Clodio ante fundum eius, hora fere undecima, aut non multo secus: statim complures cum telis in hunc faciunt de loco superiorum impetum: adversi rhedarium occidunt. Cum autem hic de rheda, rejecta perusta, desilisset, sequi acriter adversus defendisset; illi, qui erant cum Clodio, gladiis eductis, parum recurrere ad rhedam, ut à tergo Milonem adirentur, parum quod hunc iam intrasectum putarent, cadere impetunt eius servos, qui post erant: ex quibus qui animosissimi in Dominum erant, et presenti fuerunt, parum occisi sunt, parum, cum ad rhedam perparum viderent, et Dominum suum prohibere viderent, Milonemque occisum, etiam ex ipso Clodio audierunt, et ita se putarent, fecerunt in senatu Milonis (dicam enim non dehiscentibus criminis causis, sed ut factum est) neque imperante, neque sciente, neque presente Domine, quod suis quibusque servos, in talia facere voluisset.

Legit, sicut exposuit, ita expositum, iudicet: infideliorum
superacutus: ut videtur: vel potius oppressa virtute audacia
est.

CAPUT III. de Chria.

Quid est Chria? Est brevis commemoratio facti, et dicitur
iustitiam utilis, et memoria digni: unde etiam Chria suum
nomen invenit à greco vocabulo Χρησιν, quod usum, utilita-
tatem, commodum significat.

Triplex est Chriae generis: Alij versantur in ver-
bis, alijs in actione; alijs in utroque consistunt. Scilicet, ut vul-
gus Rhetorum loqui solet, alijs sunt Verbales, alijs Activa, alijs
Mixta.

D. I. Quid est Chria Verbalis? Est ea, quae explicat verba, gra-
viter ab aliquo, et sententiosè prolata: qualis est Virg. vers. ille:

Dixit iustitiam iustitiam moniti, et non temere Divos.

Horat. 6.

Verd hoc effatum, senex: Nulla est honesta avaritia, nisi temporis.

Vel huc Horat. v. Palida mors equo pulsat pede pauperum tabernas,

Odorum lib. 1.

Regumque turris.

Huc denique sapientissima illa Juvenalis sententia: Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.

D. II. Quid est Chria Activa? Est ea, quae memorabile aliquod
factum exponit, et verbum exornat; ut cum Sapiens Pythagoras
interrogatus aliquando quam longa esset hominum vita,
se paulisper conspicuum exhibuit; tum subita exspec-
tantium oculis evolavit, ut nimium celerè illa fuga, ca-
ducus et fugacis mortalium vitae breviterem desideraret.

D. III. Quenam est Chria Mixta? Est ea, quae aliquando
sermonem conjunctum exponit. Exemplum si quaeris, aliquot selecta
hic

Maximam partem cum aliquando vidisset in foro
 Diogenes. Philoſophus, ad illam ſupplicem acceſſit, et manum
 illi, quaſi ad ſcepum dæi multumque porrexit. Mirantibus
 velle amicis, et interrogantibus, quid porro faceret, reſpon-
 dit: Ad reſuſcitandam me exſpecto. Tum. Temp.

Idem Diogenes, cum aliquando confertiſſimam po-
 puli turbam ſſe theatro effundentem vidisset, ad ver-
 ſus illam ſolus inſpedi cepit, et objurgantibus reſpondit:
Hæc in omni ſuita faciat ſuſco. Sciebat nempe homo ſapi-
 entiffimus, Philoſophum ad verſus popularis eſtus impetum
 obtinere, et obſultari pro viribus debere: cum nempe Philo-
 ſophus ratione ducatur, populus cupiditatibus, et conſue-
 tudine.

SIV. Quot ſunt Chriſt. partes, ſeu Capita? Chriſta ſive
 Verba. ſeu Act. ſeu Mō. octo continetur partibus. Encomium, Pa-
 raphraſis, Cauſa, Contrarium, Simile, Exemplum, Teſtimonium
 veterum, et Epilogus. Sive, ut ratio illa, uſitatæque formulæ
 potius utamur; Chriſta tractanda eſt:

1. A Laudativo.

5. A Simile.

2. A Paraphraſis.

6. Ab Exemplum.

3. A Cauſa.

7. A Teſtimonio veterum.

4. A Contrario.

8. A brevi Epilogus.

Quæ ſingula capita ſimilitudinem amulcare neceſſe eſt.

Quid ſibi vult à Laudativo? Significat, in ipſo Chriſt.
 inſerendo laudandum eſſe dicti, facti auctorum; ut ſcilicet ex au-
 toris laudatione, major illius ſeu dicti, ſeu facti auctoritas ac-
 veluti pondus accedat.

Quid à Paraphrasi? Idem propositis ac si dixeris. Ab
expositione dicti, facti, deque agitur. Paraphrasi enim, ut ver
græca facti indicat, est liberior, ac copiosior rei explanatio.

Quid illud est à Causa? Indicat, diligentem investi
gandam esse, et affertendam causam illius dicti, seu facti, quod
pertractandum, et amplificandum suscepimus, v.g. Chris Ver
bali argumentum esto hæc sapiens sententia: Terenda sunt
amicorum vitia: erit in proprio hæc causa, iustissima, quod
scilicet sine vitio nemo nascitur: optatus ille est, qui
minimus vitiorum; ut ait Horatius.

Quid est à Contrario? Idem, sententiam rectam
ex contrariarum rerum conflictione esse confirmandam.
v.g. postquam peraveris, dulce ac decorum esse pro patria
morì; dices è contrario, rem esse turpissimam, ac propulsissimam,
si miles pro patria pugnat, inhonestam mortem formide
ne, resque suæ convertat. Idem, postquam ostenderit, omnium,
et delictam omnium vitiorum fontem, ac fontem esse;
dices è contrario, laborem, ac desiderium vigilias esse fra
gissimum morum, integritatis, innocentique presidium.

Quid à simili? Idem, propositam sententiam
apertam quapiam similitudine exornandam, ac illustrandam
esse. Ita si laborem, et diligentiam commendare velis, di
ces cum Iulio: Ut ad cursum equus, ad arandum bos, ad a
randumbos, ad indagandum canis; sic homo ad intelli
gendum, ad laborandum natus est. Si de constantia, et
inconcessi animi firmitate sic sermo, cum poteris hæc illus
trare Virgiliana similitudine:

Aveluti arboram valido cum robore querecum

Alpini rozes, nunc hinc, nunc flatibus illinc

Cruciat inter se certant; et stultos, et alii

Conferrunt terram, concupiscent frondes,

Ipsa hinc scopulis, et quantum vertice ad auras

Brachias, tantum radice in saxa tendit.

Haec secus affiduis hinc, atque hinc vocibus Hector

Tenditur, et magna persequitur pectore curas.

Ipsa immota manet: lacrymaz volventur inanes.

Quid vias ab exemplo? Tuiusce vocis sensus est,

rem, quam pertractamus, illustris cuiusquam exempli appo-
sitione confirmandam esse. Sit tibi v.g. amplificandum illud:

Duce, et deorum est, pro patria mori, offeres exemplum

Codri, Atheniensium Regis, de quo cecinit Horatius:

Codrus pro patria non timideus mori

Vel offerre poteris exemplum Decii Consulis Romani, qui

se, velato capite, certisque verbis pro patrie salute ultro
devoit.

Quid a testimonio veterum? Opendit, nostram

sententiam veterum auctorum verbis, ac testimonio compro-
bandam esse. Sit hoc argumentum v.g. Injuria esse condo-

nandas potius, quam ulciscendas: usurpabis auxilium illud fa-

cti verbum: Ipsa contemptu exantur. vel hanc ejusdem

sententiam, homine Christiano dignissimam: Convicia
experta exoleverunt.

Quid denum sibi vult, a brevi epiloquo? Indicat,

apud quodam, et rotunda verborum conclusione compre-
hen-

*
Aeneas.

lib. 3.
ode. 44.

hærenda esse quæcumque Sufius dicta sunt. Est enim epistolus brevis et artificiosa clausula, qua collegimus in paucis quæ Sufius commemorata fuerit.

Sed quoniam, ut in prælo diximus, per præcepta longum est iter, per exempla verò expeditum, et facile, idcirco operæ præteritum est, unum, aut alterum Christi exemplum hoc loco subijcere.

S. V. *Christi Verbalis in hanc Virgilio's sententiam:*

— Breve, et irrevocabile tempus ¶ Omnibus est vitæ, —

A Laudativo.

Cum optimo cuique Poëtæ, propositum illud fuerit semper, ut mæceat utile dulci, hoc est, ut delectando doceat, et docendo delectet; neminem tamen adhuc legi Poëtam hæc in re Poëtarum Principi Virgilio comparandum. Ille enim non solum ceteros omnes, ante se, et post se, Grecos, et Latinos Poëtas facile vincit elegantia, suavitate, iudicio, splendore, numero, delectuque verborum; non solum hoc habet, ut illius versibus, perfectis imperio, elaboratis industria, nihil ad se possit, nihil detrahi, nihil mutari, verisimilique de illis dictum olim fuerit, Musas, et Apollinem non aliter in suo choro loqui, Iovisque ipsum, si sit Poëta, non alio modo loquenturum, verum etiam, quod caput est, sententiarum gravitate, et augustitate, quibus abundat, præceptorum sapientia, hæc abequatur est, ut optimus vitæ, virtutisque magister jure merito possit à nobis appellari.

Inter cetera verò documenta, ad vitam, instruendam, et ad mores infirmandos idonea, quibus a prælo est passim divinum illius Poëma, saluberrimum in prælo est, atque laudabile,

labile, quod ait *Arcid. lib. 10. de brevitate temporis, fluxat-*
que, et caduca mortalium vita:

— Breve, et irreparabile tempus ^{10^o} Omnibus est vite. —

§ *A Taxaphaethis.*

Ita est profecto: tam exiguum, tamque arctum vivendi certu-
 sculum nobis à natura circumscriptum est, ut vix bene lux
 impetris sic de hujus mortalis mundi decedendum, statione, et
 vita cum morte commutanda. Nihil, nisi temporis punctum est
 quoddam est caduca hęc, quam tanprope deponimus vita, mi-
 nimumque est, ac pene nullum intervallum illud, quod ortum
 inter, et occasum nostrum inveniat. Tunc est actus leviter hora, mi-
 ditura dies die, precipiti casu fugaces anni sese mutuis pellunt,
 et abole peritura semel, semelque mors obrepit improvisis temporis,
 et inopinata: quodque gravius est, cum semel effluerit hęc
 sumum hoc vite tempus, tam irreparabile est illud lapsus, ut
 nulla deinde possit ratione revocari.

§ *A Causa.*

Neque vero est, cura adeo parvam temporis usuram, nobis ad
 vivendum concessam jure merito conqueamur. Proterquam-
 quod etiam vita, si scias uti, satis longa est, proterea est certum,
 stabileque legē natos nos esse scimus, ut dentque moriamur. Pius
 enim tam veritas esse potest, qui respicit, hanc esse justissimam
 peccati mercedem, penamque justissimam: hanc esse mortalium
 conditionem, ac sortem: humana omnia caduca esse, et fluxa,
 acque motibilia: nihil, quod certum sit, sempiternum esse posse. De-
 finitum esse cuilibet certum quoddam, breveque temporis spa-
 tium ad felicem in celo vitam promerendam? Cuiusque divinam
 pūnitibus revocari circumscripta esset nostra hęc mortalis vita,
 et

et in secula bene multa propagantur, eam nostris flagrantis
 felicitate breviorum efficacius; Semonque patius, tanta necessitas
levi contempnit, gradum.

A Contrario.

Contra verò, cum semel post miseræ hujusce vite decursum, serene
 in corporis contritione plenus erit noster animus; ritem demum
 inter felices spiritus exo sempiterno perfruemus in celo. Nulla
 jam amplius pertimescenda nobis neque vicissitudo rerum,
 neque conversio temporum, nec gratum commutatio. Nullus jam
 erit neque horarum lapsus, nec fluxus dierum, nec annorum
 sibiinvicem succedentium cursus. Sed eodem semper haren-
 tes, et felicitatis, et temporis vestigio, stabili, certaque beati-
 tate, gratias seculorum gratibus cum Deo ipso poterimus.

A simili.

O nos ipsos male cautos! o nunquam satis deplorandam
 sortem nostram! Si gratia hæc, solidaque obicit, nihil nisi umbras
 imaginisque confestimur. Si enim ex veritate magis, quam
 ex opinione res velimus estimare, quid demum aliud est fra-
 gilis hæc, superæque vita, nisi levis quidam fumus, qui pene-
 to temporis evanescit? nisi præcepti torrens, qui cum vano
 stupore celatim effluit? nisi flocculus, brevi marcescent, qui
 mane oritur, vespere fluit, et nocte cadit? nisi umbra que-
 dam, et larva inanis, que nostras effugit manus.

Pax levis ventis, volucrisque simillima somno.

Ho Exemplo.

Tales hoc loco possem appellare ab omni memoria Christi-
 anos illos, doctos, virisque sapientissimos, qui miseram fug-
 cis vite breviteriam tot laboribus, tot vigiliis, tot indefessis cu-
 ris



res redemptam compensarunt. Festes appellare possem tot vi-
gines, tot viros principes, tot nobiles adulescentes, qui fragillam
hanc rerum humanarum mobilitatem, atque inconstantiam
persepsi, quicumque apud cecos mortales prima putantur, pro
nihilò duxerit, et voluptatum illecebras, ac perniciosas rerum
caducarum blandimenta generosa quadam alacritate
conculcaverunt.

A Testimonio veterum.

Ita inculcare Corinthi voluit dicitur Paulus, cum dixit:
Tempus breve est. Hoc ipsum nos admonet summus ille vir-
bus, dum afflatus Divino Spiritu sic loquitur: Breves dies ho-
minis sunt. Hoc eadem erat mens vel ipsi usque Terentio,
profano licet homini, eum, amicum sapienter sic admonuit:

Omnia crede deum tibi delictisse supremum.

Et alio loco: Quid brevis foret saeculum quo multa? Hoc
denique sentiebat Phaedrus, cum in elegantibus suis fabulis
hanc verissimam protulit vocem:

Hominis illuc, quo patres abierunt.

Quid mente ceca miserum torquet spiritum?

A brevi Epilogo.

Cum ipse ait ad brevem tempus sic, adeoque irreparabile;
relinquitur id unum, ut cogitemus etiam, atque etiam, ni-
hil esse loci socordiae, neque seipitiae; nobis inter tantas an-
gustias, nequaquam licere esse otiosos, miseros esse, qui se pro
summam incuriam, se una, omnium partem, primam despon-
dant patiuntur. Restat denique id unum, ut cum celebritate
temporis, utendi celebritate certemus, et tamquam ex transen-
se quidam, qui rapidè delabitur, celebrare haeremus.

1. Omnes eodem cogitamus. 2. Vivere parvi bene. 3. Lenius fit patientia, quidquid cogitare est nefas. 4. Magnas inter opes inopi. De avaro. 5. Ita furor brevis est. 6. Multa senum lacrimarum veniant incommoda. 7. Fortes creantur fortibus, et bonis. 8. Omnem crede diem tibi diluxisse supremum. 9. Quanto quisque sibi plura negavit, et dicit plura foret. ex Virgilio.

— 10. Qui non mortalia pectora cogit ¶ Intra sacra fames? —

11. Facili' despectus averni. 12. — — — — — Labor omnia vincit.

Ex Ov. 13. Principij obsta: sero medicina paratur.

14. Omnia se tollas, perire Cupidinis arcus. 15. Digne beatus

Anno obitum nemo, supremaque funera debet.

16. — — — — — Paupertatemque ferendo ¶ Efficere laetum. — —

17. Locus iners vitium mores non exit in altos.

Ex Juvenali. 18. Fioni nulla fides. — — — — —

19. Cuius amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.

20. Nemo reponi sic cupisimus. 21. Res est sacra miser.

22. Nobilitas sola est atque unica virtus. Ex Seneca.

23. Totam vitam descendendum est mori. 24. Etiam sine maximo vita descendunt.

25. Qui genus jactat suum, alterna laudat. 26. Sequitur superbos ultor a caelo Deus. Ex Persio.

27. O curas hominum! quantum est in rebus inane!

28. Vanitatem videant, inrabescantque relicta. De selesar's

Ex Martiali. 29. Extra fortunam est, quidquid donatur ¶ opibus,

Quos dedezis, totas semper habebis opes.

30. Non est, crede mihi, sapientis dicere vivam.

Sena nimis vita est exastina: vive hodie.

Ex Terentio. 31. Cuius in adversis virtus.

* Legitur: Amicus.

Hec igitur, aut alia id genus argumenta pertractare si velis, facies sedulo quod supra dictum est.

Quomodo tractanda est Chria Activa? Eadem prorsus ratione, qua Chria verbalis. Eadem enim est utriusque ars, eademque plane regula. Itaque actum ageremus, si de Chria Activa separatim, ac separatim tractaremus. Idem plane dicere de Chria Mixta.

CAPUT IV. De Amplificatione.

Quid est Amplificatio? Inepti prorsus ac ridiculi facere mihi videntur, qui perperam interpretantur speciatim verba, Amplificationem cum vulgo ita definiunt: Amplificatio est oratio, quae ex parvis magna facit, seu quae res exiguas verbis exaggerat, et in majus atollit.

Hos igitur cum Iulio sic Amplificationem commo-
ditus longè definiunt: Amplificatio est gravior quaedam affirmatio, quae motu animorum conciliat in dicendis fidem.

Quid fides volent hae verba: Gravior quaedam affirmatio? Gravissima illa affirmatio, de qua hic agitur, nihil aliud est, quam vehementius quoddam, copiosiusque dicendi genus, quo res vel indignitatem, et atrocitatem ponderi verborum et enumeratione circumstantiarum ita demonstramus, ut non animos, auresque pretervollet: ut firmè ferat, cum res leviter ac stultum attinguntur, sed ut ferat animos, permoveat affectus, et audientium memoriæ peritus infideat.

Luculentissimum Amplificationis huiusmodi exemplum habes, in atrocissima illa Didonis adveniens Troiam abeuntis quærela. Foret ut dicto simpliciter et nudè Troiam appellare:
Lucrum,

amplificat, miseris. Virgilius Aeneid. Lib. 4.

Falia dicentem, jam dudum averga tulerat,

Huc illic volvens oculos, torumque pererrat

Lammibus tacitis, et sic accensa profatur:

Nec tibi ^{*}Dia Parentigenae, nec ^{*}Dardanus auctor,

Peperit: sed datus exivisse te caulis horrenti

Caucasus: sequecanque admovent ubera torpes.

*Venus.

*Dardanus
f. Rex Troja-
norum Iovis
filius.

Quotplex est amplificatio? Duplex: alia est verborum,
alia rerum: seu, quod idem est, alia fit rebus, ac sententijs, alia
verbis tantum. De utroque genere postum agendum nobis est.

S. I. De Amplificatione rerum.

Quo modis fit amplificatio rerum? Octo praecipuis. 1. Per
congruam definitionum, seu per definitiones comprehensas. 2. Per
congruam adjunctorum. 3. Per congruam, seu per enumerationem
partium. 4. Per congruam causarum, et effectuum. 5. Per congruam
consequentiam. 6. Per congruam similitum, comparatio-
num, et exemplorum. 7. Per contrarium, dissimilium, et inter
se preparatum conflictationem. 8. Denique per incrementum.

S. II. De Amplificatione per congruam Definitionum

Quid est definitio? Est brevis et circumscripta rei explicatio:
seu, ut ajunt Philosophi, est oratio, quae rei naturam breviter explicat.

Quid est amplificatio per congruam definitionum? Est ea, in
qua varias, sive eam rei definitiones, congruenter, et quasi con-
servantur, ut cum ait Cicero: Historia est res temporum,
loci veritatis, vita memoriae, magistra vitae, nuntia veteratis.

Potest tu visum ad illarum definitionem comprehensarum
imitationem, dicere, quid sit eloquentia, quid Poeta, quid Deus ipse.

S. III. De Amplificatione per congruam adiunctionem.

Quid est Amplificatio per congruam adiunctionem? Est ea, quae ducitur ab omnibus seu rerum, seu personarum adiunctis, ac circumstantiis simul coaccatis. Periculosis est apud Rhetores Amplificatio illa, quae dicitur, *Jejeronimus, Monachi eiusdem seculi, Virginem Deo sacram ad stuprum sollicitantem, se exagrat: Infelicitissime mortalium, te speluncam illam, in qua Dei Filius natus est, de superno condituras ingredieris? Non times, ne de praepi infans vagiet? Ne puerpera Virgine videat? Angeli clamant, Pastores curant, fela desuper intubat, Nati adstant, Jerosolima ruitur, Jerosolima conuulsatur; Tu in cubiculum Virgines, Virginum decipras irrepis?*

S. IV. De Amplif. p. cong. seu enumerationem partium.

Quid est Amplif. ab enumerat. partium? Est illa, quae factum totum aliquod, in partes distribuitur: seu diu in aliuus partes vel omnes, vel praecipue certe quidem, singularem enumerantur. Ita Gregorius Theologus inuictam Matris Machabearum constantiam in cruciatibus, pro religione conseruandis, amplificat, singula suppliciorum, quae perculit oppressa, et a persequendo: *Matris, vexi robur, animique constantiam nihil fletu, et molliore, ac debilitate potuit. Non instrumenta, turandis artibus accommodata, non rote propolis, non exquisitissima quaeque tormentorum oppressa, non ferratum ungulatum aces, non fures bestiae, non enses, qui acuebantur, non feruentes ollae, non ignis, qui excitabatur, non gentium aspectus, non miselonea verba, non superbiae satellites, non membra, quae discerpabantur, non carnes, quae lacebantur, non defluentes sanguinis riuus, non foci grati, qui absumebantur,*

S. V. De Amplif. per cong. causarum, et effectuum.

Quid est Amplif. p. cong. caus. et effectuum? Est ea, in qua multae simul unius rei, causae, et effectus multa comprehensivae: ut si dicas cum celebri oris magistro: Querebas multas moles vexatam esse provinciam; sed ad causas calamitatis accende: Vigebat in ea ambitus, luxuria dominabatur, sepnes erant magistratus, populus ipse molli oris saepe seque diffuebat. Ex pestis igitur damna longe graviora: exhaustior pecunia; sacrebi supra religio, fures impune grassabuntur. &c.

S. VI. De Amplif. p. cong. consequentium.

Quid est Amplificatio p. cong. consequentium? Est ea, in qua plura ponuntur acervatim, ex eadem re consequentia.

Ex hoc loco Virg. Aeneid. 4. noctem egregie describit, amplificando res varias, quae noctem forme consequuntur:

Nox erat, et placidum carpebant fessa soporem

Corpora per terras, silveque, et sua quiescant

Equora: cum medio volvuntur sydere lapsi,

Luzque lacus laeae liquidos, quaeque aspera dumis

Rura venient somno, postque sub nocte silenti,

Lenibant curas, et corda oblivia laborum.

S. VII. De Amplif. p. comparationes, similitudines, et exempla.

Quid est huiusmodi Amplificatio? Est ea, quae fit per unam, vel per multas comparationes, ac similitudines, et per unum exemplum, vel plura. Fit Amplif. per plures comparationes, si dicas u.g. cum Tullio in Dissonem:

Cap non te recorderem, non furiosum, non mente captum,

30
* Oves per Agnam
menis. *Offi.*
fuerit opus
fuit ob Clym
niam occi-
sam.

* Athamas the-
arum Rex
iis etiam
p'tabus.

non tragico illo Oreste, aut ** Athamane demeritorum putem.*

Hic Amplif. per unam comparationem, aut similitudinem,
in hoc Viag. loco, ubi fortissimam Amaram Camellam, de imbel-

lo hoste inulto labore triumphantem sic exprimit. *Enid. 11.*

Quam facile accipites, saxo facem ales ab alto

Consequitur penris, sublimem in nube columbam,

Compensamque tenet, pedibusque exferat uncis:

Sicm causa, et velle labuntur ab ethere plumae;

VIII. De Amplif. p. conflictionem contrariorum.

Quid est Amplif. p. confl. contrar. et inter se pugnantium? *Off.*
ea, qua plura contraria per antitheses opponuntur; ut illa Ciceronis
in Catilinam: *Ecce vero quis ferat possit, inermis homines
fortissimos, infiduciosos, pulcherrimos, prudentissimos, doctissimi-
mos, ingloriosissimos? Tale est etiam incerti auctoris, sed ra-
min antiqui in Alexandri magni numulum:*

Sufficit huic numulus, cui non suffecerat orbis;

Res brevis huic ampla est, cui fuit ampla brevis.

SIX. De Amplificatione per incrementum.

Quid est Amplif. p. incrementum? *Off.* ea, qua oratio, ve-
lut per gradus, videtur augeri et ascendere, donec ad sum-
mum pervenerit. Ita Jul. Verus crudelitatem eo per
incrementum deduxit, et verba explanando, minime non

ultra suppeditare: *Factus est vincere eivem Romanum, pro-
pe paricidium necare; Quod dicam in cruce tollere? Nihil
addi jam videtur ad hanc amentiam, improbitatem, crude-
litatemque posse.*

SIX. De Amplificatione verborum.

Quomodò.

Quomodo fit Amplificatio verborum? Fit per præcipuè
modos: 1. Per verba translata, seu metaphorica. 2. Per ver-
ba superlata. 3. Per verba synonyma. 4. Per verba gravia, et
illustrata. 5. Per periphrasim, seu circumloquutionem. 6.
Per repetitionem.

SX. Fit primum Amplif. verb. per verba metaphorica,
que nempe mirum in modum valent ad excitandos ani-
mos, et ad orationem grandæviam efficiendam.

Quid est metaphora? Est quoddam loquendi genus,
quo vox aliqua à propria sua significatione transfertur ad
alienam, v.g. si dicat: Præta videre, parietes existerè gaudia
aliquem esse ita incensum, inflammatum cupiditate,
exare lapsum. Voces illæ omnes sunt metaphorice, quia
tribuunt præta et parietibus usum, et gaudium, que pro-
pria sunt hominibus solis. Idem plane dicitur de cæcis lo-
quutionibus, que tribuunt hominibus flammam, et incendium,
igni proprium. &c.

SXI. Fit Amplif. per verba superlata, hæc est, que verum
verum superant, et plus dicunt, quam esse possent. Ut,
cum ait Sulpicius de Julia Cæsar: Domestici gentes, imma-
nitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis infini-
tas, omni copiarum genere abundantes.

Hanc amplificandi artem adhibuit Virg. cum de Turni
equis dixit per Hyperbolam:

Leu candore nivis amicum, vestibus auras.

Aenid.
lib. 12.

SXII. Quomodo fit Amplif. per verba synonyma? Fit per con-
gruam verborum, et sententiarum, idem per se significan-
tium: Ut cum ait Cic. pro Ligario: Quid enim, Liberos, tuus
ille

Ille descriptus in acie Pharsalicâ gladius appbat? cuius
 latus mucro ille peribat? quis sensus erat armorum tuo-
 rum? quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid
 cupebas? quid optabas? Quæ sane synonymorum coacer-
 ratio aciem in primis, et illustriorem reddet orationem;
 ut liquet ex hoc alio loco ejusdem Cæ. in Cælinam &
Non feram, non patiar, non sinam.

S. XIII. Quomodo fit Amplificatio per verba gravia, et
 illustriora? Fit cum cum adhibentur verba splendida, quæ rem
 significantius exprimant, et in quibus plenum quiddam, numeru-
 sum, et sonans esse videatur. Cujusmodi sunt ista: Palluisti, su-
 pas sanctissimas Religiones, Senatûs sanctissima decreta profre-
 gerat. Tum quæ illa in Verum: Non enim feram, sed repro-

rem; non aduictum, sed expugnatorem pudicitie; non sacri-
 legum, sed hostem sacrorum, religionumque; non peritum,
 sed crudelissimum carnificem civium, sociorumque in ves-
 tram judicium adducimus.

S. XIV. Quomodo fit Amplificatio per periphrasim, seu circum-
 locutionem? Fit, cum longiori verborum ambitu, circumsus-
 dicimus, quod breviter ac simpliciter dici poterat. Ita Cæ. pro
 Milone, cum graviter videtur dicere, Clodium à Milone fuisse
 se occisum, maluit illud hæc verborum circumscriptione molliat:
Ut vos incensos irâ, vitæque Dni appetentes cum invidi-
ser, hæstis in penas, quas ab eo ferri fideles pro Domini vi-
ta expectarent. Schema idem adhiberi videtur, cum ait:
Longis versibus audi breves. pro scribe cæspas.

S. XV. Quomodo fit Amplificatio per repetitionem? Fit, cum
 verborum idem, si vè ornatus causa, si vè ad nouns excitandos,
 iteratur

iteratur, duplicaturque vel in principio, b in fine, b in medio
 dictionis. Ut, cum ait Sal. in exordio orationis pro Rege Am-
 uno: Accusantur y, qui in fortunas eius evaserant; Causam di-
 citur is, cui propter calamitatem nihil reliquerunt; Accusantur y,
 quibus occidit Patrem Rexi Regey bono fuit; Causam dicitur is,
 cui non modo luctum moris patris attulit, verum etiam e-
 ccesiam; Accusantur y, qui hunc ipsum jugulavit summi cupie-
 runt; Causam dicitur is, qui etiam ad hoc ipsum iudicium,
 cum passidus venisset, se hic ibidem ante oculos vestros tu-
 cidentur; Denique, accusantur y, quos populus posuit; Causa
 dicitur is, qui unus reliquus ex illorum nefaria egde restat. Sic
 etiam videtur, in illa antiphona, repetitione, per mutua
 transmutationem facta:

Semibovumque vitulum, semibovumque bovem.

SXVII Quid sit in Amplificatione vitandum.

Duo sunt in primis vitia, ac veluti scopuli
 quidam dicitur, in quo incidunt sepe Lyones, dum ora-
 tionem amplificare. Primum, scopulus est illorum, qui mi-
 nissima queque singulatum, exilitate, et per exigua con-
 sectantur; quod certe est in oratione vitium vel maximum. I
 Ut enim ait morae Cic. in amplificationibus nihil est
 nimis reuiter excludendum, quia hic locus grandia
 potius, quam exilia minutaque requirit. I. B

Alter scopulus est illorum, qui ad explendum orati-
 onis numerum, nihil nisi vacuas voces, et inanem ver-
 borum sonitum, in illam infarciunt. Hoc vitare vi-
 tium super, si nihil prope dicas, quod vim et pondus
 non addat orationi, et sensum non augeat. Quid est?

enim tam furiosum, inquit Ful. lib. de Oratore. quam
verborum vel optimorum sonitus inanis, nullâ subjec-
tâ sententiâ? Et, ut sapientissimè præcipit Horatius, sunt u-
bi prævisæ paratæque, et ad manum, ut ita dicam, senten-
tiæ: voces ipsæ sese ultro offerunt, et ad exprimenda animi
sensa, nullâ labore succurrunt.

Quamquam, ut dicam id, quod res est, si Lyxoni peccan-
dum sit in alterutram partem, malum certè, ut, in præca
Ovidij, præcet ponitis ubertate quadam, copiâque verborum,
quàm eorumdem jejunitate, atque inopitâ: quia, res opti-
mè notat Ful; nimia hæc, et redundans verborum ubertas
et quasi luxurians stylo, æque exercitatione brevè depascentur.

APPARATUS, SEU PRÆMIUM RHETORICÆ.

Rhetoricæ præmiurn, sive apparatus appellamus ea omnia, quæ per-
tinent universim ad artem Rhetoricam. Quinque autem sunt quæ
de Rhetoricâ generantur, et universi, professionis, more, quæque possunt.

1. Quæ sit natura, et finis Rhetoricæ. 2. Quæ sit illius materia. 3. Quæ sint
illius partes. 4. Quæ sit dignitas, vis, et utilitas Rhetoricæ. 5. Quibus
rebus, ac subsidijs posita facile comparari.

S. I. De natura, et fine Rhetoricæ.

Quid est Rhetoricâ? Est ars, seu disciplina boni dicendi: hoc

est, ornari, graviter, et copiose loquendi. Ita Quintilianus.

Suum nomen trahit Rhetoricâ à voce græcâ *ῥήτορ*, dico, loquor; unde

ῥήτορ, Rhetor, Orator. *ῥητορικὴ*, ars Oratoria.

Vocatur ars, quia certis quibusdam et nunquam fallentibus
præcep.

præcepta continentur.

Diuina Arte bene dicendi, quia docet, quomodo optimis sententiis, verbisque belisimè diuè possit.

Hoc differunt inter se Rhetor, et Orator: quod Rhetor sit, qui bene dicendi præcepta tradit: Orator vero sit is, qui accommodatè ad persuadendum dicere potest: tametsi errorum per se in nomine, et aliud pro alio indiscriminatè accipiat.

Quidnam est finis illius Aris Oratoris? Est persuadere dictione: hoc est, delectare oratione quempiam impellere ad aliquem vel credendum, vel agendum, vel omittendum.

Quidnam est officium Oratoris? Est dicere appropiè ad persuadendum: quod sit delectando, docendo, et mouendo. Docemus argumentis et argumentatione: delectamus oratio, illustrè, et aptè dicendi genere: flebilis amplificatione, et affectibus. Docere necessitas est: delectare suauitatis: mouere verò, seu flectere uictoria: atque huc demum est uerissimus eloquentis triumphus.

S. II. De Materia Rhetoricæ.

Materia cuiusque Aris in genere est ea, circa quam uersatur ars: ut Medicinæ materia sunt morbi, quæ in ipsi curandis Medicinæ uersatur. Cum autem nihil omnino sit in naturâ, se quo oratione, eleganter, et copiosè disputare possit Orator; ut enim obseruat Quintilianus, Bene dicendi Ars non habet destrictam aliquam regionem, cuius terminus sepra reueatur; Atque ad eum Aristotele, Rhetoricæ materiam esse quamlibet questionem, ad dicendum propositam.

Duplex questio fieri potest. Sua infinita, que graecè Thesis, latine Propositum dicitur. Sua finita, que Hypotesis graeci, latine causa, siue controversia denominatur. Questio infinita est, que nullis alligatur temporibus, locis, et personis, circumstantiis, ut: Si ne bellum gerendum?

Questio

Questio finita, est, quae aliquo circumstantia, loco, tempore, personâ terminatur, scilicet definitur; ut: si in hoc anno nobis pax facienda, quae de hostibus feruatur legibus, ac conditionibus?

Questio autem siue infinita siue finita dividitur quadripartitam: primo in questionum cognitionis, et actionis. Questio cognitionis ea est, quae instituitur solius sciendae gratia; ut: Quis sit causa defectus Solis? Questio actionis ea est, cuius finis est aliquid efficere, ut: an liceat vim repellere? an sit iniuriis respondendum?

Questio quæstio vel est Principalis, vel Incidentis. Principalis ea dicitur, quae præcipue venit in considerationem. Incidentis vocatur, quae tractatur propria aliud.

Tria causarum genera, in quibus Orator versari potest, annumeramus: Genus iudiciale, Genus deliberativum, et Genus exortativum, seu demonstrativum, quod à Grecis vocatur Propheticum. In iudicali genere spectatur Accusatio, et Defensio: in Deliberativo suasus, et dissuasus: in Exortativo Laus, et vituperium. Unde genera iudicialia finis est Requisita; Deliberativa Utilitas; Demonstrativa honestas. Iudiciale genus versatur circa tempus præteritum: Deliberativum circa tempus futurum: Demonstrativum verò circa præteritum simul et præsens.

§. III. De partibus Rhetoricæ.

Quæ et quæ sunt primariæ partes Rhetoricæ? Quatuor: Invenio, Dispositio, Elegitio, et Pronuntiatio; quæ ad modum sunt præcipue quatuor Oratoris partes: 1. Argumenta invenire. 2. Invenia disponere. 3. Disposita verbis ornare. 4. Ornata pronuntiare. Sunt qui pro quinta parte memoriam statuant: sed nos cum Aristotele illam ad pronuntiationem revocamus.

Quid est Invenio? Est excogitatio rerum verarum, aut verisimilium, quæ valeant vim ad faciendam fidem, tam ad motus excitandos.

Quid est *Dypositis*? Est rerum inventarum in ordinem distributio.

Quid est *Eloquentia*? Est idoneum verborum, et sententiarum ad res inventas accommodatio.

Quid est *Pronunciatio*? Est vocis, ac corporis ea moderatio, quam res inventae, ac verba requirunt.

§. IV. De Dignitate, et utilitate Rhetoricæ.

Quenam est Rhetoricæ dignitas, vis, et utilitas? Nichil addi potest ad hæc illustria Tullyi verba, lib. de Oratore: Quid est aut tam admirabile, quam ex infinita multitudine existere unum, qui id, quod omnibus natura se datum, vel solus, vel cum paucis facere possit? aut tam, utendum cognita, atque audita, quam sapientibus sententiis, et paucis verbis, ornata oratio, et perpolita? aut tam potens, atque magnificentum, quam populi motus, iudicium religiones, senatus, et civitatem, unius oratione converti?

De Subtili Rhetoricæ.

Unum adverteas velim: has eloquentes partes quatuor modis comparari: *Natura, Arte, Exercitatione, et Imitatione.*

Quid *Natura* conferat ad eloquentiam? Ex parte animi conferat celeres motus, ad excogitandum acutos, ad ornandum uberas, ad memoriam firmos, ac distinctos. Ex parte vero corporis conferat latera firmo, canoram vocem, solutam linguam, aptamque oris, et totius corporis conformationem.

Quid faciat *Artem* ad eloquentiam? Ecce quæ dedit *Natura*.

Quid affert *Exercitatio*? Conservat, et auget quæ *Artem* excolunt in natura; multa enim nature, vitium exercitatione sustulitque.

DE IMITATIONE.

Quenam est *imitationis utilitas*? Facit imitatio, et spiritum cuiusque auctori similis in dicendo evadamus; et quæ sunt in eo summa, dilectissima persequamur.

Mulāplex est vera imitandi via, et ratio. 1. Cave vulgare quoddam, et mediocre tibi proponas exemplar, non daturus propterea videriorem; sed deligatur imitandus summus aliquis, et excellentis auctor, in quem totā mente inuectus. 2. Non optimo solum auctores imitaberis; verum etiam que in illis optima sunt, ac perfectissima. 3. Illustrata hec, quædam, loca neque pariter imitaberis, neque serviliter, et puerile; ad amem quæcumque imitaberis, sic facies tua, ut creditis, et emunctæ, naris hominibus appareat imitatio, et res omnino alia, tibi que propria facta jam esse videatur.

Sua autem facies hec veterum scriptorum loca, 1. si vim, et pondus sententiæ retineas; verba vero omnia, vel magnā ex parte saltem immutes. 2. si eadem ferme servanda verba, transferas illa ad aliud sensum vel similem, vel contrarium. 3. Recte imitaberis, si siq. ex præ, si períodos, si transiōnes, si commissuras, in æque, et totum orationis ductum, ac filum ponis imitatis, quā verba ipsa, vel ipsas sententias. 4. Laudem habebit imitatio, si propositum exemplar, vel in pauca contractas, vel fusiū, uberiusque dilates. 5. Laudabitur imitatio, si que ab oratoribus scripta fuerit, transferas in orationem, numeris adstrictam. 6. Bonus imitator eris, si vel ex Græcis Latina facias, vel ex Latinis, vel etiam Græcis vernacula. Denique maximam habebit laudem imitatio, si quos imitaris, eos, non dicam æquare, sed vincere etiam omni opere coneris. Cauto tamen eris opus, rationibus præsertim, ne dum propositum sibi exemplar conatur vincere, et dum ab illo paululum, sed in melius aberrare facerent, præterquam quodam imitatione, ab illo proorsus deficient, et in pejus aberrant, quod Lucano præsertim contigisse videmus.

ARTIS RHETORICÆ

LIBER PRIMUS.

Quid est eloquentia? Eloquentia, inquit, talis est idoneorum verborum, et sententiarum ad res inventas accommodatio.

CAPUT I. DE FIGURIS, SEÛ SCHEMMATIBUS.

Figura, et dicitur in elementis, est ornamentum quoddam orationis illustrior, et à communi consuetudine remotus. Duo sunt figurarum genera. Aliæ enim versantur in sententijs, et sensu ipso: aliæ in verbis tantum.

SI. De figuris sententiarum.

Intra figuras sententiarum aliæ videntur aptiores ad movendum, aliæ ad docendum, aliæ ad delectandum.

SII. De figuris ad movendum idoneis. De Exclamatione.

Quid est Exclamatio? Est vocis clarus, seu contentio, quæ, interjectione adhibita, vel subaudita, vehementer animi effectum significamus, eique magnitudinem exprimimus. Ita Jul. in Orat. in Ant.

O miserum me! non sumptus enarra lacrymâ infusus tamen pectori hæret dolor!

Exclamatio adjunctam sententiæ habet aliquam ex hæc interjectionibus: O! heu! ah! vah! proh Superi! proh Superum, atque hominum fidem! Ac sæpe tamen subintelligitur interjectio, ut si dicas: Miserum me! vel Hocine seculum!

Hæc ex chæc nascitur aliquis, et molestem significanti, ut: O domum antiqua! chæc quam dispari domino dominatus! Cui. sa. de offi.

Proh adhibetur per sepe ad ostendendum. Ita Terent. Proh Deum, atque hominum fidem! quid est, si non hæc consuetudo est?

Quam in eodem facit Exclamatio ad significandam indignationem, doloremque, et se acris conceptum. Sicut etiam miserabilis. Aliquando etiam legitur, animique hilaritatem exprimit. Denique interdum sicut scire, Item et utimur in votis.

Adhibenda est Exclamatio perferam in amplificationibus, in Perorationibus, et ubi res magnas audient persequeris. Exclamare enim in rebus minoribus superfluum est, ac puerile.

S. III

De Dubitatione.

Quid est Dubitatio? Est Schemma, quo Orator fluctans, animique pendens, dubitat aliquandiu quid sibi agendum, dicendum sit. Ita C. Quis me verum, refugio. Negem hoc admissum erimen? Negem refos audire esse in Senatu? Non est mihi ingenuus? vix clementis est, calamitose adolescenti subvenire.

S. IV

De Obsecratione.

Quid est Obsecratio? Est, cum aliquid sive Dei, sive hominis operam imploramus. Huiusmodi est Valerius ad Brenam obsecratio:

Quid te per agnoscendum lumen, et auras,

Tea propiorum oro, per spem surgentis tui,

Exipe me his, inville, malis; aut tu mihi iram

Infice, namque potes, patrique requies velleos.

S. V

De Imprecatione.

Quid est Imprecatio? Est execratio quedam, qua malum imprecamus alicui, vel etiam nobis met ipsis. Ita C. pro Deposito: perdant, fugitive. Ita non modo nequam, et impudens, sed vetiam fatuus, et amens est.

S. VI

De Interrogatione, et Subjectione.

Quid est Interrogatio? Sic cum interrogamus aliquem, non

tam ad rem dubiam querendam, quam ad urgendum, instandum
et ad vehementiorem affectum exprimendum. Ita Virgilius:

41

Lil. 1.

Non ego te vidi Damonis, pessime, Caprum

Esperare insidijs?

Quod si interrogatori subiiciatur responsus, subjectio vocabitur Ita

Jullius: Tu meam domum religiosam facere potuisti? equam mentem?
qua invaseras. Tua manu? qua destruebas. Tua voce? qua incendis
supplexas.

§ VII.

De Praeceptione, et reverentia.

Praeceptio fit, cum simulamus, nos reserere, vel nolle dicere id, quod
vel maxime dicimus. Ita Jul. Nichil de Verbis luxuria loquar, nihil
de ejus insolentia, nihil de singulari nequitia, nihil de ejus cunctis
